1414

Suspensionibus Fatalijs Juris Proscriptione Terrestri bello Conuen-
tioneq vel alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfu-
giendo Nec quouis alio modo Euadendo Haec sua Praesenti personali
Recognitione ad Premissa omnia Mediante.

Bandrowski Turzanskiego Quietat

Coram Officio et Actis Praesen Castren Ca-
pitan Premislien Comparens pro Nobilis Lucas Bandrowski Nobilis
Petri Bandrowski Filius sanus mente et Corpore existens a Ter-
ris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis
proprijs et Competen recedendo. Praesenti vero Castren Capitaneali
Premislien Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet
se cum successoribus ac bonis suis glr omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac
expressum recognouit Quia Ipse Nobilem Joannem Turzan-
ski Hawdetowicz eiusq posteros de summa Centum
florenorum polonicalium sibi Recognoscenti pro praedictum Nobilem
Joannem Turzanski Hawdetowicz in personam eiusdem Nobilis
Lucae Bandrowski Coram Officio praesenti Castrensi Capita-
neali Premisliensi Sabbatho post diem Cinerum proximo
Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo
modo simplicis Debiti inscripta et super bonis suis
generaliter omnibus ad solucendum assecurata. Tam
de eadem Inscriptione Debitorea Castrensi Capi-
taneali Premisliensi ob praestitam sibi summae eius-
dem Centum florenorum polonicalium realem et effe-
ctualem persolutionem Quietat emittit dimittit
Liberumq et absolutum perpetuo facit et pronun-
tiat. Inscriptionem eandem Debitoream Cas-
trensem Capitanealem Premisliensem in toto
et per omnia Cassant Mortificant et annihilant
Recognoscens sibi summae eiusdem Centum flo-
renorum polonicalium realem praestitam esse
persolutionem.

Feria Tertia in
Vigilia Festi Sancti
Laurentij 1667